


fuerit inchoanda); Hymnus **O lux beáta Trínitas.**, **V.** **Ve-**  
**spertína orátio.**, ut Sabb. ante Dom. j. post Oct. Epiph.;  
 ad Magn. Ant. propria.

Finita post Magn. Ant., non dicatur **Kyrie eléison.**,  
 neque **Pater noster.**; sed cantet Hebdomadarius :



Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíri-tu tu-o. **Orémus.**  
 Seq. Oratio.

Sabbato in Albis et quatuor Sabbatis proxime sequent.,  
 post omnes Memorias quæ forte occurrerint, fiat Mem.  
 de Cruce per Ant. Crucem sanctam súbiit., **V.** Dícite in  
 natíonibus., Or. Deus qui pro nobis., ut Sabb. in Albis  
 notatum est.

Finita Oratione (seu finitis Orationibus, si plures fuerint), additoque ab Hebdomadario **Dóminus vobíscum.**,  
 ut supra, cantetur **Benedicámus Dómino.**, pro tempore  
 (pag. 35.), et responso **Deo grátias.**, terminentur Vesperæ,  
 sicut pag. 36. notatum est.

